ornans specie et pulchritudine sua: quam circundant et comitant virginales turme: tamq; flores rosarum et lilia conuallii. Ibi sunt angeli et archangeli in suis ordinibus positi. Diuinis laudib; alacriter intenti: quorum alij supremi alij medij alij inferiores secundum tres ierarchias sunt distincti. Ibi sunt patriarche et prophete qui de aduentu xp*i* spiritu sancto olim repleti precerunt: et nunc ipm dnm ihesum xp*m* regem regum dum veru congnoscunt: ac incessabili laude benedicunt. Vident oculo ad oculum redemptorem suum: quem diu expetabant et toto corde aduenire desiderabant. Ibi sunt preclarci et omni veneracione dignissimi precones xp*i* apostoli et discipuli domini sanctitate et gratia pleni: fundatores catholicice fidei: sed nunc deuoti intercessores in eterna gloria pro hjs quos in fide genuerunt et instruxerunt. Ibi precipue fulget venerabilis baptista xp*i* iohannes: amicus sponsi specialis. Ibi petrus clauiger celestis: paulus doctor egregius. Ibi iohanes euangelista ihesu familiaris amicus custos virginis: theologus summe trinitatis limpidissimus. colupna primitive eccie: rector et fundator totius aye. Ibi andreas crucis amator precipu. Ibi iacobus thos et philippus: cu ceteris apostolis et euagelistis ecclesiarum columpnis. Horum fidem tenere et exempla imitari: ad vitam eternam est gaudire. Ibi sunt incliti martires milites xp*i* fortissimi proprio sanguine purpati. et ieternum cum ipso bti: quorum licet corpa crudelissime laniata fuerunt: tamen anime eorum per tormenta a christo separari non potuerunt. Ibi sunt lucidissimi confessores: q; vitam secularem contempnetes: meruerunt fieri celestes. Ibi sunt magni gloriosi q; doctores: p vite sancte meritum alicius in dei contemplacione suspensi: e quibus multi viuentem ymaginem scitatis in suis reliquerunt scripturis. Ibi sunt iuvenes et virginies senes cu juniorib; nomen dñi assidue collaudantes: et quicq; boni ac virtutis vniq; gesserunt diuine maiestati ascribentes: sp grati sp deuoti semper iocundi sp et accesi: nec vniq; fastidio pressi. s; iugi contemplacione in deum eredi. O q; gloriosum est hoc regnum in quo cum xpo regnat oes sancti: stola prima amicti de reliqua q; securi. Ibi iam sequuntur agnum quocumq; ierit: quia nulla separacio ab ipso erit: sed

ineternū gaudentes in dño gaudebunt. **H**ec aia mea contemplare:  
 et super oia visibilia tuā cogitationē suspende. **V**ere locus iste est scūs:  
 et in eo est dñs. **H**ic sg pax et gaudiū redundant **H**ic omnium honorū  
 affluencia: oīmōz malorū perpetua carēcia: **O**si posse modicū quiddā  
 de ineffabilibus scōrū gaudijs rapere vnde pegrinatio tua aliquantisp  
 consolaret: quia apud me non inuenies nisi labores et dolores temp-  
 tationum impetus et ludus seculi. **O**si tibi dignetur aliquid inspirare  
 superni luminis auctor: nec vacuam te ad arescētes escas meas remit-  
 tat. **S**ed scōm diuicias superhabundātis gracie sue ab omnibus materi-  
 alibus te purificet formis et euacuet: vt in abissum sue eterne clarita-  
 tis vel raptim inducat. **D**tinam ex illo celesti scūario formam et exem-  
 plar vere scitatis quā imiteris reportes. **M**eliora sunt enim et verio-  
 ra exemplaria celestium et confirmatorū: q̄ que terrenis demonstrationi-  
 bus probant. **D**a michi dñe deus sapere et intelligere que sit sanguinū  
 perfecta felicitas nō ex codicib⁹ inde scriptis. **S**ed per spm scōm q̄ docet  
 de celestibus secretis: supra id etiā q̄ possit hum anus attingere sensus.  
**D**a et vitā meam multo feruētius ad spūaliora eleuare: et inter cebra  
 tribulationum pondra pacientie palmam fortiter tenere: donec soluto  
 carnis debito: ad hāc q̄ desidero benedictionē tua mia valeā guenire.

**D**e accessu ad scōm scōz ihsū xp̄m regē angeloz. **C**a. xxij.  
**T**u es ipse rex meus et deus me⁹. **E**xurge anima mea: veni et  
 ingredere in locum tabernaculi ammirabilis vſq; ad domū dei  
**D**ecet namq; vt ceteris omissis cum supplici reuerencia nunc procedas  
 ad salutandū dominum nr̄m ihesum xp̄m saluatorē ac redemptorem  
 tuum: qui est caput omnis principatus et potestatis gaudium et co-  
 rona scōrum omniū: firma spes et certa expectatio cunctorum fidelium.  
**I**pse est qui te fecit et redemit: ipse pro te laborauit certauit et vicit.  
**I**pse est aduocatus tuus: et propiciatio pro peccatis tuis. **I**pse est con-  
 solator tuus: prouisor tuus et gubernator tuus. **I**pse est vnicus et sin-  
 gularis dilectus tuus: qui pascitur inter lilia: et inter tua optat com-  
 morari vbera. **Q**uis vñq; tibi tanta bona fecit? **Q**uis tanta caritate

te dilexit? Ad hunc accede: huic te prebe. **C**uperi ei eoz tuum: et enu-  
mera coram illo quecumq; diu celata portasti. Nemo tibi melius indi-  
cabit nec reuelabit quid spei vel consilij sit gerendum in rebus huma-  
nis: que tot variantur euentibus. **A**pud ipsum vota tua et desideria:  
et in ipso tua permaneant consilia. Spes hominum vana: ipse autem est  
stabilimentum pacis. Per ipsum accessum habebis ad patrem: et ab ip-  
so omnis gracia tibi donat: et virtus apostolorum infuditur. Siue tristis  
siue gaudeas: ad ipsum semper recursum habeas. Ipse speculum vite: et no-  
ma iusticie. Ipse lux insufficiens anime: amor pudicitie et gaudiu[m] con-  
sciencie. Propter ipsum faciliter oia contempnes delectabilia. Propter ipsum  
omnia amara et contraria erunt tolerabilia: et placebit eius amore to-  
lerata. Denique ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ad ipsum  
principaliter omnis intentio ois actio sermo lectio oratio meditacio re-  
spicere debent et speculacio. Per ipsum tibi salus datur: et eterna vita  
preparatur. Propter ipsum non timebis mori nec recusabis vivere:  
quia eius fidelitati debes te credere: nec eius honoris vel amori quid proponere.  
**N**ec ergo accede: et gracias tuo redemptori age. **P**ropter ipsum  
dulcissime et super omnia amantissime ihesu sua deuotissime salutatus: al-  
tissime laudatus: et nunc et eternaliter ab omni creatura benedicatus.  
**O**dignissime ihesu quid honoris vobis referam aut quam graciarum  
actionem tibi reddam: qui michi infinitas exhibuisti miseras? Et si aliquod  
iuenirem quod tibi donare possem: nonne tuum esset ante ipsum dare?  
**Q**uid ergo retribuam? Parum vel nihil habeo. Nunquam de nichilo sacri-  
ficare possum. **A**cceperim sacrificium humilitatis paupertatis nichileita-  
tis mee: et sic totum tibi ascriptum: quicquid michi in partiri voluisti. **D**i-  
cant et pro me laudes imensas omnes angelorum chori: tibi spiritus assisten-  
tes. **D**icant et oes spiritus iustorum: alta iubilacione id ipsum repetentes.  
**N**ed adhuc quid agam in memoriam et laudem scissimi nominis tui?  
**M**ulta debarem agere: multis teneor et obligor: et vix ad minima  
sufficio. Legam igitur de te ihesu mi dulcissime: scribam de te cantabo  
de te. Cogitabo de te loquar de te: operabor pro te. paciar pro te.  
**E**xultabo in te laudabo te: magnificabo te glorificabo te. **D**igne-

adorabo te quia deus meus es tu: in quē credidi quem amauī quem q-  
sui quem sp optauī. **F**ac mecum signum in bono: vt videant oculi mei  
speciosum vultum tuum in celo. **A**d pedes tuos humiliter mente me p-  
sterno deprecās obnixe tuam clemenciam cum lacrimis: quatenus mic-  
hi misericors esse digneris. **S**cribe nomen meum in libro vite: nec vñ  
q̄ illud deleatur: quod sancta manus tua conscripsit. **E**go infelix et sanc-  
torum meritis valde dissimilis: de tua superabundanti prerogativa  
meritorum confidens imploro: vt saltem inter infirma et extrema elec-  
torum membra merear computari. **S**cio scio et vere scio. quia non est  
talis vita et conuersatio mea vt confidere aliquid de meipso audeam:  
sed tota spes et consolatio mea in precio preciosi sanguinis tui constat  
et requiescit: in quo me totaliter pono et ponendum sentio: cum omni-  
bus que egi deliqui merui et omisi. **V**ide ergo exiguitatem et indigen-  
ciam meam clementissime ihesu: attende affectum cordis mei quem ad  
te gero et habeo: non quia ego sum dignus. sed quia tu es benignus:  
qui ab indignis non dedignaris tangi et amari. **T**erret me impuritas  
mea: sed iterum me erabit et allicit ad te maxima pietas et humilitas  
tua: qui non solum homo fieri: sed etiam pro homine peccatore pati et  
mori et sepeliri in vera caritate consensisti. **I**droq; ad te confugio: qui  
a nichil boni in me inuenio. **T**u supple pro me: quod minus valet vis  
mea perficere. **T**u desiderium michi tribuisti vt te salutarem landarem  
atq; benedicerem: quia spes mea tu es: et portio mea in terra viuencij.  
**D**esiderium anime mee est esse tecum in regno celorum: sed quia tem-  
pus meum nondum est paratum: expectabo te usq; ad vesperam. **I**nte-  
rim hec michi consolatio in loco peregrinationis mee: q̄ memor sum no-  
minis tui et maxime caritatis tue: et quia presentem te habeo in fide  
et sacramentis ecclesie. **I**ntollerabile michi prolsus foret in hoc mun-  
do viuere: nisi spem haberem in te domine. **N**on enim consentio gau-  
dere cum seculo: et ne sine consolatione manerem et gaudio: in te sta-  
tui gaudium meum ponere. **M**ultum sepius errarem et multum in cogi-  
tationibus fluctuarem: nisi te in memoria mea et ymaginacione tene-  
rem. **E**t quisa diuinitatis tue altitudinem capere non valeo nec i corporo

ream veritatem comprehendere sufficio ?tuci? me ad si ē humanitatis  
tue gesta et verba conuento: quia hec cogitās non oīno a tua diuini  
tate recedo . Grās tibi bone ihesu dulcis et amande: quia frater meus  
os meū et caro mea fieri dignatus es . Grās et scē marie matri tue: de  
cuius virginea carne sacroscā corporis tui mēbra assumpsisti: ac median  
te anima rationali pfecte diuinitati atunastii: vt ipsa non tm̄ hominis  
sed et dei mater digne ac fideliter appelletur.

**D**e processu ad salutandum virginem gloriosam. Ca. xxij  
**H**abit regina a dextris tuis : in vestitu deaurato. Quamvis  
nullus sim meriti sed multoꝝ delicioꝝ conscius michi: et tamē  
per grandis fiducia mea passio tua domine ihesu : et meritum gloriose  
virginis sancte marie mris tue de qua parumper cogitare nūc libet: et  
qso vt liceat . Quis ei ego sum vt audiām accedere xpius? nisi licencia  
postulata prius : Hoc indignitatē meam in eius singulari reveren-  
cia non debere apparere: quam nimirū angeli venerantur cū stupore di-  
cētes . Que ē ista que ascendit de deserto mundi? delicijs affluens para-  
disi : Vocatio o predulcissima maria nequaꝝ michi conuenit tuam glo-  
riam et honorem. tuam pulchritudinem et magnificenciā cōsidera? qm̄  
teria sum et cinis ymmo terra vilior et cinere : quia peccator sum et ad  
cē malum proclivus . Tu autem celo celsior facta mundum habes sub  
pedibus: et ppter honore filij tui omni honore et reverencia digna ex-  
istis . Ut tamen ineffabilis pietas tua que omnem cogitatū excedit . af-  
fectum meum ad te sepe trahit et allicit ? quia tu es utiqz solamen de-  
solatorum : et tu libens miseris peccatorib? cōsueuisti subuenire . Ego  
qm̄ oībus bonis consolacionibus et confortacionib? et maxime gra-  
cia filij tui me egere sencio: nam meipsum nullatenus iuuare sufficio .  
Tu autem p̄iissima mater si meam puitatē diguaris attendere ? multis  
me potes auxilijs subleuare : atqz vberioribus consolacionibus inter-  
p̄ssuras refouere . Cum ergo aliquā pressura vel temptatione fuero circū-  
uentus: cito michi et sine trepidacione ad te est recurrentum? quia ibi  
pronior misericordia: ubi amplior redundat grā . Qd si forte aliquā li-

bet speculacioni excelle glorie tue intendere atq; honorifice te ex inti-  
mo corde salutare? longe puriori me oportet corde procedere: nec sine su-  
perni luminis dictu michi expedit proficisci. **D**ere non est illi gloria  
sed digna confusio irreddenda: quisquis reuerenter ad tuū presumpe-  
rit ostium accedere. **O**portet autem accedentem summa cum reuerencia  
et humilitate procedere? bona tñ spe simul iuncta: quatenus tua mis-  
rante clemencia dignus sit admitti. **H**umiliter ergo ac reuerenter deuo-  
te et confidenter ad te procedo: gabrielis salutationem in ore portans  
tibi suppliciter offerendam? quam et inclinato capite ob tui reuerenci-  
am et expansis manibus ob eminētem deuotionis affectū lete represen-  
to. atq; eandem censes millesies et multo amplius ab oībus celestibus  
spiritibus pro me dici peto et exoro. **N**am quid digni? et dulcius pro  
pñti offeram: prozis ignoro. **A**lusculat nunc sancti nomis cui pius  
amatōz. **C**elum gaudet? oīs terra stupet: cum dico aue maria. **S**athan  
fugit? infernus conteremiscit. cū dico aue maria. **M**undus vilescit? ca-  
ro marcessit: cum dico aue maria. **A**bscedit tristitia? venit noua letici-  
a: cum dico aue maria. **C**orpoz euanescit? cor ex amore liquefecit: cum  
dico aue maria. **C**rescit deuotio? oritur compunction: spes proficit? auge-  
tur consolatio: cum dico aue maria. **R**ecreatur animus? et in bono co-  
fortatur eger affectus: cum dico aue maria. **S**iquidem tanta est suaui-  
tas huius benedictae salutationis. vt humanis non possit explicari ver-  
bis? sed semper altior manet et profundior: q̄ omnis creatura indaga-  
re sufficiat. **P**ropterea iterum flecto humiliter genua mea ad te sanc-  
tissima virgo maria: et dico aue maria. **S**uscipe clementissima dñā  
mea sancta maria hanc deuotissimam salutationem et me in ea suscipe?  
vt aliquid habeam quod tibi grata placeat quod michi fiduciam ad te  
prestet. quod maiorem semper amorem accendat: ac in iugi deuotione  
tui venerandi nominis conseruet. **U**tinam ad satissaciendum desiderio  
honorandi et te salutandi ex totis precordijs meis omnia membra mea  
a modo verterentur in linguis? et lingue in igneas voces: vt modum  
inuenirem te glorificandi dei genitrix in eternum. **U**tinam adhuc pro  
omnibus peccatis meis quibus iram merui et grauissime filium tuum

contristauit te quoque et omnem exercitum celi sepissime in honoraui et  
offendi. **H**anc suavissimam gabrielis salutationem reddere valeam tam  
quam sanctam et puram oracionis hostiam: omnium commissorum meorum  
expiatricem. **O**tinam quoque cum nimis fragilis vita mea sit et labilis  
pro vniuersis excessibus et negligencis meis. pro omnibus etiam cogita-  
cionibus meis vanis imudit et pueris oes beati spiritus et aie iustorum  
purissima deuotione et ardentissima temptatione. dicant tibi o beatissi-  
ma virgo maria ac centupliciter in honore tuo altissimam hanc repli-  
cent salutationem: qua pater et filius et spiritus sanctus te primum  
per angelum suum statuit salutare? quatenus sic aliquo modo regiam  
incensum dignum in odorem suavitatis: qui nichil bonitatis et digne-  
tatis in me reperio recompensationis. **S**ed et nunc in presencia tua postra-  
et sincera deuotione invitatus atque totus in veneracione almi flui  
nominis tui accensus? presento tibi leticiam salutationis isti?: quando  
gabriel archangelus a deo missus secretarium thalami tui est ingressus  
et flexis reuerenter genibus noua et inaudita a seculo salutatione tua  
virginalem faciem honorauit et dixit. **A**ve gracia plena dominus tecum.  
**Q**uam et ego fidelium more et aureo si possem ore ex integro cu-  
pio persoluere: atque ut mecum omnes loquantur creature ex intimis vis-  
ceribus concupisco. **A**ve maria gracia plena dominus tecum? benedic  
ea tu in mulieribus: et benedicetus fructus ventris tui ihu xpus. **A**.  
**H**ec est salutatio angelica spiritus sancti institutione formata: tue dig-  
nitati et sanctitati maxime congrua. **H**ec est oracio tua verbis alta mis-  
series: breuis sermone lata virtute? super mel dulcis et super aurum pre-  
ciosa ore cordis iugiter ruminanda: labiisque puris frequentissime le-  
genda ac deuote repetenda. **N**a verbis paucissimis contexit: et in latissi-  
mum torrentem celestis suavitatis diffuditur. **S**ed ve fastidiosus ve-  
tus deuotis et vaginis oratoribus aurea verba non poterantibus. nee mellea  
pocula gustantibus: qui tociens dicunt ave maria sine attencione et  
merencia. **O** dulcissima virgo maria? custodi me a tam graui negli-  
gencia et desidia: et tribue veniam de transacta iam culpa. **E**ro amodo  
deuocior feruencias et in dicendo ave maria attencioz? sive in chor-

ro siue in cella siue in orto siue in agro: aut quoque locorum. **E**t nunc  
post hec quid petam a te dñā mea carissimā? **Q**uid melius quid ve  
tū  
lius et quid tam necessariū michi indigno peccatori? **N**isi ut inueniam  
graciā corā te et dilectissimo filio tuo? **D**eto ergo graciā dei te interue  
niente et īpendente: q̄ teste angelo apud deū plenitudinē inuenisti gra  
cie. **N**ulla carior est peticio: nec vlla re plus indigeo ꝑ grā et dei mīa.  
**S**ufficit michi gracia dei: ceteris non obtentis. **Q**uid ei est oīs conat⁹  
meus sine illa? **Q**uid item īpossibile? ea assistete et iuuante. **H**abeo mul  
tas et diuersas aī egritudines: sed diuina grā efficacissima medicina ē  
contra oīs passiones: et si dignāter aduenerit vniuersas mitigabit. **H**a  
beo q̄ inopiā spiritualis sapiencie et sciencie: sed diuīa grā summa ma  
gistra est et doctrix celestis discipline: que repente ī cūctis necessarijs  
me sufficit īstruere. **N**ā ultra necessariū aliquid pete aut p̄ter līcitū ali  
quid velle scire hec ipsa grā dissuadet: sed huīiari sub se et contentari  
seipsa monet et docet. **H**anc igit̄ ī ipetra grām clemēs virgo maria? q̄  
tā nobilis et preciosa vt merito aliud nichil desiderare debeā a petere  
ꝑ grām pro grā.

**D**e cōsolatione p̄fissime m̄ris virgis marie. **Ca.** xxiiij.  
**D**iffusa est gracia in labijs tuis. **E**ya obsecro te dñā mea: vel  
numc parū loquere scā maria. Aperi os tuū in noīe filij tui: qui  
te benedixit in oī gracia spūali. **E**go sum inquit mater mie: plena  
caritate et dulcedie. **E**go scala peccoz: reozum spes et venia. **E**go mes  
torum consolatio: et scōrum specialis leticia. **T**ransite ad me omnes qui  
diligitis me et ab vberibus consolationum mearum adimplemi: quia  
pia sum et misericors omnib⁹ me īuocantib⁹. **V**enite oīs iusti et pccō  
res rogabo pro vobis patrem: rogabo et filiū: vt repropicietur vobis  
per sp̄m sanctū. **O**mnes īuito oīs exspecto: ones ad me venire desidero  
nullū peccatorē despicio: sed super penitente peccatore ecīā cū āgelis  
dei in celo magna caritate cōgaudeo: quia non perit preciosus sanguis  
filij mei effusus pro mundo. **A**ccedite ergo ad me filij hominū: attendi  
te et vite zelum meum pro vobis ad dñum filium meum ihesum crīstū.  
**E**cce ego īram eius in me suscipiam: placabo illum sedulis precibus:

quem vos offendisse cognoscitis. Conuertim et venite agite penitē-  
ciam: et impetrabo vobis indulgētiā. Ecce ego sto inter celū et terram:  
inter deum et peccatorē: et ne pereat iste mundus obtineo meis p̄cib⁹.  
Nolite g⁹ abuti mīa dei et mea clemencia: sed omnē cauete offendam:  
ne subito super vos redeat indignacio et intolerabilis vindicta. Pre-  
mūnū filios meos: obsecro dilectos meos: estote imitatores filij mei  
et matris vñē. Recordam̄ mei: que vestri nō possum obliuisci. Ego eī  
sum oīm miserozum miseratrix: omniū q̄ fidelium p̄fissima aduocatrix.  
**L**O graciōsissimū verbum: omni celesti dulcedine plenū. O vox sub-  
limis de celo rorans. suauiter influens: pccōres consolans. et iustos letifi-  
cans. O celestis fistula: q̄d dulciter resonas in desperata conscientia.  
Et vnde michi: vt alloquatur me mater domini mei? Dñdicta tu mī  
sanctissima et benedictum eloquiu oris tui? nam mel et lac sub lingua  
tua: et odor verborum tuorū super omnia aromata. Misericordia mea licet facta  
est vt locuta es o maria. Ecce vt facta est vox cōsolacionis tue in au-  
ribus meis: exultauit in gaudio anima mea. Reuiuiscit nāq̄ intra me  
spūs meus: et omnia interiora mea gaudio nouo pfunduntur: qm̄ bona  
et iocūda per te michi hodie sunt nunciata. Cristus erā sed nunc gau-  
deo ppter tuam vocem. Vox enī tua dulcis in aurib⁹ meis. Grauatus  
eram et desolatus: sed nunc relevat⁹ sum et confortat⁹. Misisti enī ma-  
num tuam de alto et terigisti me: conualui de infirmitate. Dix loqui po-  
teram: sed nunc libet eciam cantare et grās tibi magnifice agere. Cede-  
bat viuere: sed iam nec mori timeo: quia te abuocatam apud filium sci-  
ens pro mea causa teneo: cuius mīe me commendō ex hac hora et dein  
ceps omni in momento. Ex quo enī locuta es ad cor desolati orpha-  
ni tui repente in melius sum mutatus: et valide interius recreat⁹. Quo  
dāmodo desperatus iacui⁹: sed accessit consolacio tua: meq̄ erexit cū io-  
cūditate dicens. Quid est fili⁹: et qui sunt q̄ volunt nocere tibi? Noli ti-  
mere: ego videbo pro te fili mi. Vno ego et viuit filius meus ihesus  
fr̄ tuus qui est ad dexteram patris: fidelis vñiq̄ pontifex et interces-  
sor pro tuis peccatis. In ipso summe sperare debes: quia ipse est vite da-  
tor et mortis destrutor. Ex me reperaliter incaenatus: ex patrie eter-

naliter genitus: toti mundo in salutē est dat⁹. Ecce vñ spes et cōsolatio  
et per quē fides et victoria. Sit ih̄s et maria semp in tua memoria: et  
non timebis iūnici iacula. O felix hora quādo tribulato cordi meo  
adisse dignaris o p̄iissima virgo maria. Si esset longiora mōra ad audi  
endm verba tua cōsolatoria? nā vehemēter me accendunt et afficiūt:  
qñ ex intimo me tangunt et instruūt. Beata vbera tua diuina maria:  
que nunq̄ cessant dulcissimum consolationis lac fluere. Nam pre vber  
tate gracie lacentis oīm pueri tui dilecti ih̄esu non potes innatam ti  
bi m̄iam de negare postulanti: sed graciā sepe exhibes eciam i multis  
delinquenti. O mater summe pietatis: maxime miserationis et carita  
tis. O virgo incomparabilis: omnibus amabilis et venerabilis. O ge  
nitrix singularis ex te nati filij dei? sed et tote xp̄ianitatis mater ge  
neralis: ac cuiq̄ pro sue deuotionis affectu valde cordialis et specialis  
O virgo virginum regina mundi et domina angelorum? trahē me p  
te: ne iacere maneam sub peccatorum onere. Effunde grām rorem salui  
ficium de celis ministra? vt veraciter merear sentire: quia tu es m̄r ḡe  
et fons patens misericordie. Ego sum m̄r pulchre dilectionis? casti et  
sci timoris: pie allocutionis et suauissime consolatiois. Iudite ḡ: noīe  
meo exulta in toto corde tuo? inclina reuerenter: me q̄ saluta libenter  
Nam honorando matrem honoras et filium: qui deum habet patrem.  
Ego enī sum maria mater ih̄u: et hoc nomen michi in eternū manebit  
Ihs autem quid? Cristus filius dei viui. Hic est saluator mundi. rex ce  
li et terre? dñs angelorum ac redemptor fidelium: iudex viuorū et mōz  
tuoz. Ipse est spes piorū. consolatio duotorum. pax māsuetorum? diui  
cie paupm. gloria humilium. fortitudo debilium. via erranciū. lumē ceco  
rum. baculus claudoz. vndio aridorum? lumen oppressorū. iuuamē tribu  
latoz: et singulare refugiu oīm bonorum. Benedic filium cum matre:  
et eris dilect⁹ a patre. Da ei honore et gloriam: quotens michi aliquā  
exhibueris reuerenciā. Eius gloria mea leticia: et mea laudatio eius  
est veneratio. Done me et ih̄m sicut signaculum super cor tuū: sicut sig  
naculum super brachiū tuū. Trans igitur aut sedens orans aut legens  
scribens aut operās: creber in ore sp̄ autē in corde ih̄esus versetur et

maria. Eya amen. Heruiant tibi oēs populi tribus et lingue: et incurnentur ante te oēs creature. Celum dicat gaudē maria. terra respō deat: ave in eternū et ultra. Confiteantur simul omnes sancti nōi tuo magno: et exultēt omnes deuoti corā te et agno: ihesu xpō filio tuo dōmino nostro. Amen.

De reddendis gracijs pro acceptis beneficijs. Ca. xxv.

**H**ec nomān dnī benedictūm in secula. Heruiat tibidē dē meus q̄tqd ago lego et scribo: oē qd cogito dico et itelligo. Itē incipiat: et p̄ te et in te oē opus meum finiatur. Quod dediti hoc recipe: et vnde flumina exēunt illuc reuertant̄. Nunquā melius michi manet nec vñq̄ dulciss sapit: q̄ cum totum tibi sincere retribuo: quicquid redum a me geritur aut cogitatur. Opto grās azere: sed tunc veraciter ago: si totum tibi et nichil michi ex omnib⁹ datis et acceptis dedero. Quid inq̄ possim retribuere malus et piger seruulus: Nichil est seruicium meum: eciā si fecero oē qd iussisti. Propterea ad nichil sum redactus: et in veritate huiliat̄. Bonum mithi qni a humiliasti me: vt tu solus iustificeris: tu solus ab omnibus lauderis: nec vñq̄ gloriatur in se puluis vilissimus. Verumq̄ resistere nolo: sed laudare te corde et ore cnpio: quia si digne nō possum pficere: indignum tñ es omnino silere nec recognoscere. Laus mea deus meus tu es: in te cantacio mea semper. O qui parum sentiret de gloria tua. et qnid est in te gloriari: q̄ nichil duceret quicquid de extera blanditur gloria. O qui parum saperet de dulcedine tua: q̄ cito illi amaresceret omnis delectatio terrena. O quantum ferueret qui per uam scintillam caritatis tue haberet: nā oīa libentissime contempneret: vt tuo amoīi inherē liceret. Et vere totū illi suave et leue esset: quicquid pro amore tuo agere vel pati posset. O quantū exultaret q̄ vehementer post te curreret: memor oīm bonorum tuor̄. Nil carius quereret nil beatus possideret: nil sequeretur audiūs: q̄d amoīi tuo seruiret. Etenim amando on⁹ non sentiret: quia amor omnia onera portaret. Et ideo qui de onere cōquerūtur: exig uos se in amore testantur. Ex amore tibi seruire: est iocundissimū et solamen laborum. Amor non respicit ad p̄p̄riū cōmodum: nec veretur pati

incommodū: sed tuū querit in oībus beneplacitū. **O** p̄ dulcis res ē a-  
 mor tu⁹ xp̄e: p̄ bene sonat. p̄ suauiter intrat. p̄ fortiter tenet et strī-  
 git. Utinā me seruituti tue perpetue obliget: totaliter capiat totaliē.  
 sibi subiciat: et p̄prium tuum me tibi faciat. Tunc eī maxime liber sum,  
 cum ab amore tuo captus sum: et oī p̄prietate p̄iuatus et alienatus.  
**T**eruus tu⁹ ego sum dñe: tuus in p̄. quia emisit me. Libenter sum tu⁹:  
 et non pudet me p̄prium tuū esse. Nolo meip̄ius esse: tu iuuavt possim  
 ab oī p̄prietate liberari. Tu consla et accende. Fuscita igniculum et estu-  
 abit cor meum: fietq; purum clarum et amenum: quia amor tuus fu-  
 gat omne viciū: et consumit omne pccm. Tu tene amoris vinculum: et  
 stabit meum pauperculū serviciū. Nec ignoror quia nichil tibi confert  
 meum seruicium? Sed michi tñ proficit: si ago qđ tibi noui esse gratum.  
**U**tinam faciā et non sileam: dicā et opa tua non abscondam. Qn enim  
 digne sufficiā excogitare oīa illa beneficia que michi idigno cōculissi?  
**M**agnam mīam dñe cum seruo tuo fecisti: sed ego prochdolorz nō retrī-  
 bui grates sicut digne meruissi. Proq; me tenent pene et dolores cord  
 quia non possum respondere beneficij suis tā multis et tā magnis. Utinā  
 vel semel digne et integre pro omnibus hījs queam tibi regraciari.  
**S**ed in quo nichil est quid de illo exire potest. Nas namq; vacuū nichil  
 habet ad propinandū. Quid ergo faciam? Vare me aliquid oportet?  
 quia vacuum apparere coram te non licet: nam et omnis ingratus tibi  
 displicet. Oli haberem aliquid in toto mundo qđ tibi darē: et gratum  
 oculis suis foret. Quid vis habere dilecte dñe? Honorum meorū vtq;  
 nō eges. Cur ergo a me exigis datum? Nemo dicioz te et adhuc aliqd  
 postulas a me? Dolo inquis totum habere. Nam hoc expedit tibi: si vis  
 grām meam mereri. Ego dabo graciam et tu reddes grām: et sic tenebi-  
 mus p̄iter iugem caritatem. Da te michi: et totum dediti. O ihufons  
 oīs boni. fōs vite fons grē. fons dulcedinis. fons eterne sapiecie: infun-  
 de nunc p̄fissime donū celestis grē: et doce me tibi semp grās agere. et  
 meip̄m ante oīa tibi dare: quia hoc est carius quod possum tribuere.  
**S**encio hoc: et consentio. Accipe me: ecce tu⁹ sum totus: et omnia mea tu  
 a sunt: vnū est quod non possum tribuere tibi. Quid hoc? Pccm meum

qđ michi est p̄zium: et ideo tibi non est imputandū. **M**eū est pccm et  
omnis defectus in me reperibilis michi soli attribuend⁹: tibi at gloria  
et graciārum actio pro oībus beneficj⁹ tuis. **S**ed iam ad memorāda  
beneficia tua ex multis pauca michi recolligo: et qđ amplius mouent et  
eminent. **N**am omnia p̄scrutari nec tempus patit: nec cogitacio pua-  
let. **E**xcedit enī numerositas modū: et magnitudo obruit sensum: sed  
et dignitas non habet preciū. **N**ā emi non possunt quia gratis dant⁹:  
et ideo pro eis tantum grates requirūt: alioquin ab ingrato omnia au-  
ferentur. **P**rimum beneficj⁹ in creacione. **P**rimum igit̄ grācias  
ago tibi dño deo meo creatori oīm que me hominē rōnalem dignatus  
es creare: et super opa manū tuarum sc̄bm animam ad ymaginē tuā  
et similitudinem factā cōstituere. **M**agnum et primū beneficj⁹ gratui-  
ta bonitate donatum michi⁹: neq; ei ī meipsum ego feci. sed tu me fecis-  
ti: introducens me in orbē terre per parentes quos tibi in hoc seruire  
voluissi. **E**t ecce melior sum omni corpe p̄relatis oīb⁹ bestijs et volati-  
libus celi⁹: quia ad ymaginem dei factus: ceterne sapiencie capax. lucis i-  
create et veritatis incommutabiliis sum naturaliter p̄ticeps. **P**ro oī i-  
gitur qđ sum viuo et sapio grās tibi perpetuas refero: opeans et petēs  
vt omnes simul creature qđ in celo sunt et in terra nomē tuū laudēt ā-  
mirabile et sūexaltatum in secula. **B**enedico te p̄ et dñē celi et terre:  
qui omnia creasti ex nichilo. p̄ vñigenitum filiuū tuū in spū sando. **E**x  
pura et libera voluntate non aliq necessitate creasti omnia⁹: vt notam  
faceres filijs hominū potenciā tuam: et mundum hunc visibile optime  
disposuissi p̄ inuisibilem sapienciam tibi coetrnā. **B**enedicāt te omnes  
creature tue tibi in cunctis subiecte: et humano generi ad misterium  
condite. **N**am te iubente celū pluuias cōgruis dat tēporibus: et terra  
pluim̄os affert fructus. **L**ucent solet luna clare super terram: stelle gi-  
rat noctibus p̄ ordinem. **F**ontes scatent. fluunt riui: natant in vndis  
pisces generis diuersi. **V**olant cantant aues celi: saliunt in montibus  
capre hynuū et cerui. **Q**ues et iūmēta ad bona gaudent pascua: cur-  
runt per memoria diuersa animalia. **D**rata virent campi florent: et  
omnia ligna siluarū ramos fructus qđ p̄ducunt. **H**ec sunt opera tua de-

us: qui facis mirabilia magna solus. **V** Secundū beneficū in redemptiōne. **T** Hoc beneficium michi exhibitū est misterium incarnationis opus redemptionis et p̄cium n̄re salutis: fructus vtiqz passionis tue et mortis. **O** magnū opus pietatis: opus excellentissime caritatis summe humilitatis: et pacientie singularis. **H**oc homo non meruit: hoc angelorum nullus facere potuit: hoc prophete mirati sunt: hoc apostoli viderunt et docuerunt: hoc fideles omnes suscepserunt: hoc maxime electi diligunt et recolunt. **H**oc beneficium bene cogitatum excitat desideria inflamat corda: nutrit deuotionem. illuminat mentem. purgat affectum: trahit ad celum. a mundo retrahit: ad xp̄m ducit. et animam xpo vnit. **S**uperhabundat donum illud dono priore: unus tamen q̄ vtrumqz dedit et fecit dñs ihesus xp̄us deus noster. **N**ichil enim michi nasci profuit in mundo: nisi et redimi pro fuisset dato sanguinis precio. **S**ubuenit ergo michi gracia ex creuit diuina misericordia et facta est copiosa redemptio: nam viciata natura absqz creatoris nō potuit reparari auxilio. **O** pater mīarum et deus totius consolationis: ut dampnatū seruū redimeres filium tradidisti. **O** mira circa nos tue pietatis dignatio: quā explicare non valet mens huāna nec angelica ratio. **O** dulcissime ihu principiū n̄re salutis et finis: tu solus nosti qui solū potuisti conferre opem miseris et dampnatis. **N**am in humillima et abiecta forma serui apparere dignatus es hominib⁹: et pro mortalibus vermiculis sentenciam dire mortis sola miserante caritate libentissime suscepisti. **O** ihesu fons bonitatis et pietatis: lux lucis eterne et speculum sine macula dei maiestatis: accende cor meum meditatione huius inefabilis beneficij quod michi et toti mundo exhiberi voluisti. **G**enerale quidem hoc beneficium sicut et pānum: oībus sufficiens ad salutem sed non in oībus tñ efficiens fructum: ppter multorum infidelitatem et maliciā. **E**lectis autē oībus salutare est et proficisci: ppter quos omnia sunt causata. et per te ihu xpe recreata. **O** bone ihesu quanta nobis beneficia in humilitate tua prestitisti. **F**adū est frater n̄r et caro nostra: vt filij dei computaremur: et per excessum haberem⁹ ad patrē. cui⁹ offensam placare nemo dignus fuit: nisi tu de quo ipse ait. **H**ic est filius me⁹

dilectus: in quo michi bene complacui. felix anima que sacramenta nos  
tre redēptionis studiose recolit: affectuose diligit. digne venerat et p  
obibus tibi gracias agit: ac tuo consilio plus q̄ suo sensu credit. Nam h̄  
misteriu nō est quis p̄doneus p̄ se investigare: nec h̄uana attigit sa-  
piencia: sed fidei pocius firmitate ac puri cordis intuitu desup illustra-  
to. **H**eat⁹ qui meretur accipere per grām: quod mundi sapiētes nō po-  
tuerūt cognoscē p̄ naturā. **O** ihū sapiencia patris: fac me intelligere  
in luce fidei hoc magnū et mirabile misterium incarnacionis tue: quia  
in illo tocius nostre salutis latet dulcedo: habundat maxima caritas.  
et inscrutabilis sapiencie tue choruscat plenitudo. **P**roficiat seru⁹ tu⁹  
p̄ augmenta virtutum et bonarū studia actionum: ac magis magis q̄  
in hoc memorali incarnationis archano cum sacre passionis p̄fundo i-  
struatur: atq; totus in tua intima p̄trabatnr. **P**rofunda amodo abyssus  
et diuinum quoddam pelagus tāte caritatis tāteq; dignaciois ex-  
hibito q̄ transnatari non potest: in quo natant et renatāt spirituales  
pisces perū et magni: quos intra fidei rethe recepisti. **M**aneat igit̄  
in recordacione mea tanta caritas et dulcedo. tāta huīitas et mansue-  
tudo: et in oī oracionis sacrificio ac meditacionis exercicio occurat  
et inmisceatur aliquid de incarnationis passionis q̄ misterio: tam p̄ lu-  
cidissimum thbus et suauissimū balsamum in odorem suavitatis deo pri-  
offerendum. **D**icāt nunc mecum qui redempti sunt a dñō quos redemit  
de manu inimici canticū diuine laudis: et ymnū persoluant cum gracia  
rum actione mentalis iubilationis. **E**t omnes angeli stantes i circuitu  
throni procidant in facies suas: et adorēt agnū dei q̄ abstulit peccata  
mūdi dicentes. **T**e decet laus et honor dñe. **B**enedictio et claritas. grā  
rum actio et vox laudis. fortitudo et imperium. maiestas et sapiencia  
tibi dñō dō nostro ihesu xpō in secula seculoꝝ Amē. **T**ercium bene-  
ficiū gracie iustificatiſ. **T**erciū beneficium priorib⁹ non ifimū est  
gracia iustificationis: qua me clementer ad cōversionem et vite traxisti  
emendacionem: donans pccōrum penitūdinē. spem venie et p̄positum be-  
ne agendi ac in ppetuum seruendi. **H**oc clare cōsiderans beatus paul⁹  
adhortat discipulos suos ne tanti beneficiū sint i grati: sed vt mēores ce-

lestis grē dignas supne vocationi laude s studeant referre. **V**idete inq̄t  
vocationē vrām frēs? quia non multi sapientes non multi potentes: sed  
que infirma sunt mundi elegit dēs. in me hec cōsidero q̄ contēptibilis  
et iutilis huic mūdo tua scā vocatione erept⁹ sum de ipsius naufragio:  
et ad seruiendū tibi eciam tuo merui sociari collegio. **I**lt ne retro itez  
abirem: voto me sponte constrinxi. **N**ō utiqz non meis meritis: sed tue  
deputo puidencie. **D**e quo te magnifice laudo et benedico· quia digna-  
tus es me vocare per grām: dans michi voluntatem bonam. et abiciēs  
a me peccatorum sarcinam. **N**am et suauī iugo tuo me subiecisti: emol-  
liens mentem mēā vñctione spūs tui: quem mundus nescit nec videt nec  
sapit. **C**ustodi hanc voluntatem misericors dñe: insuper adauge dona  
grē. q̄diu sum in hac visibili luce. **B**entio vocationē istā magnum fo-  
re beneficium quod non oībus datur sed quibus paratū est a patre: quia  
non est volentis neqz currentis sed dei miserentis? vt oē os loquēs ia-  
nia obstruaf et totus homo tibi sit subiectus. et non glorietur oīs caro  
in conspectu tuo: nec sibi quitq̄ deputet de pp̄r̄hs meritis vel bonis op̄i-  
bus. **N**am si scdm iusticiā meū agere voluisses iam cū h̄js q̄ in infer-  
no sunt deputatus essem. **S**ed pepcit michi pietas tua dñe? atqz locum  
tribuissi indulgencie: ne similis fierem filio perditiois eterne. **M**agnas  
igīt tibi teneor laudes reddere pro beneficio tam magnifico: et vtinā  
dignis rñdeam vocibus et morib⁹ cunctis vite mee t̄pibus. **O**blsecro at  
vt pro grārum actione acceptes meum pauperculū obsequium quo tibi  
seruire cupio et ex caritate debeo? vt et debitum seruitutis mee radica-  
liter procedat ac finaliter ad tuum beneplacitum et honorem tendat:  
nec vñq̄ cor meum a tua dilectione auertatur? sed anima mea et corpus  
meū pariter vigeant et in tuo sanctissimo servicio iugis pseuerent: q̄  
diu spūs est in visceribus meis et cōpos mei ipsius sum et tui recordari  
possim. **N**ūq̄ cesset laus tua ex ore meo: et habundancia beneficiorum  
tuoz non recedat de corde meo. **N**ō si seruus tu⁹ multis vixerit annis  
dato q̄ eciā centum aut mille annis esset vidurus: non erit propterea  
tepidus vel perterritus in humilitate et subieditione tibi famulari? s̄  
ita devote et voluntarie tibi deseruam in omnibus sicut ea hora et die

qñ p̄m̄ eoꝝ meum a te ammonitum est et confirmatū: vt te dñm̄ solū  
pura et ītegra mēte seōret. **N**ec huic op̄posito obstabit aliq̄ ifirmitas  
seu icurrēs aduersitas. **I**z sicut nūc fencio et te deo meo audiēte p̄pono:  
ita quoq; qđ semel egressum est de labijs meis te adiuuā te cupio adim  
plerere. **H**in vero p aliquā fragilitatē vel quālibz culpā h̄ volūtas fuerit  
cōfracta quia nō est homo super terram sic iust⁹ q̄ viuat et peccet: ad-  
huc nō diffidam nec te dimictam. **I**z mox incuruabo genua cordis mei  
cū multa cōtricione et lacrimis offerendo tibi tristē et sauciā cōscien-  
ciā meā ad sanādum eā medicamentā gracie tue et alligādū multo for-  
ei⁹ p̄positū q̄ antea fuerat cōstitutū. **N**ō me penitebit boni īcepti⁹. ym-  
mo grās agā q̄ h̄ a te semel merui suscipere: q̄ tibi consensi et̄naliter  
militare. **P**otens es āt oīpotens et misericors dn̄e qui me de nichilo  
creasti. quicq; hominis infirmitatē et casum ab iūcio p̄nosc̄. oīa cōmissa  
mea ī benignissimē dimittere ac omissa instaurare. perdita restituere li-  
uida curare. sordida mūdare: tenebrosa illuīnare. tumida inclinare: ex-  
tincta reaccendere. cōfracta redificare. neglecta recuperare. praua corrigē-  
re. aspera cōplanare. curiosa restringere. vaga colligere. ac totū statum  
mentis mee in melius cōmutare. ita vt nil iam desit de priori p̄posito:  
sed ecīā omnis occasio mali cooperet̄ michi in melius tibi huīliter pro-  
fato. **H**ec est dextere excelsi mutatio. **H**ec est celestis visitacio: hec est  
multiplex diuine pietatis collacio. **A**ccepe ecīam pro graciārum actioē  
cūcta deuota seruicia scē ecclesie: cum vñanimi cōcentu totū celestis cu-  
rie. **E**t oēs scī ab origine mūdi qui p graciā tuā illuminati sunt et vo-  
cati: oēs quoq; fideles et xp̄iani in omni populo et tribu et singua et  
nacione qui usq; hodie sunt et ante nos fuerūt et post nos erunt p̄iter  
celebrent et collaudent dulcissimum atq; glorioſum nomen tuum: quod  
est super oē nomen eternaliter bnedictū. **D**icant iterū et renocēt enī  
genti gaudio laudes vniuerſas tuo nomine digne dicandas: tot vtiq;  
vicibus quot celum stellas quot mare pisces quot gramina tellus. quot  
qđ biblia cōtinet apices. **E**t cū istud totum fecerint et p me suppliciter  
dixerint: tunc adhuc cōfitebor tibi quia needū satissadū est ineffa-  
bili laude noīs tui: qđ totis viribus cupio laudare et omnimodo sup-


exaltare quousq; ad illos curiales puenio laudes: quas mō non pñt ati-  
gere nec prosequi mortaliū hominē voces. **V**ides nunc aia mea magnitu-  
dinē et preciositatē bñficiorū creatoris ac redemptoris dñi dei tui? cui  
ad regraciandū oīs creatura non sufficit. quā ipse in laudem et gloriā  
sui eterni benedicti noīs cōdidit: qui nulliū vtiq; egat glorie s; sibi soli  
solus sufficit ipse sua gloria ē ipse qui est. **E**cce p̄e multitudine benefi-  
ciorū eius non potui cūcta ante oculos tuos reducere: sed elegi ex grā-  
di copia tria munera preciosa. quēadmodū magi dño oblaturi fecerūt  
in quibus placuit pene vniuersa cōcludere. **N**am oē beneficiū si diligē-  
ter aduertis aut est nature aut est grē aut supēxcellētie: et qđcumq;  
aliud est satis conuenienter ad aliquid horū trium habet referri. **I**n  
creatione habes beneficiū nature? in redēptione beneficiū supēx-  
cellētie: in iustificatione donū considera grē. **P**ro qnib; oībus et sin-  
gulis gloria tibi sit scā trinitas. equalis vna dītas. et aī oīa secula et  
nunc et in perpetuū. **A M E R.** **P**ost tenebras spo lucem. **R. G.**

**E**xplīcit soliloquiu anime.

203 2405

fuerit midp' lat' moreit sup'.


fuerit nach' f' p' idem



mansione



Decor





8543

